

quid deditur. unius sanus

sanus. leonide de pederam. vas

condit aquila. **L**ae foma bestia

is qua sapientia. puerilis notitia

materialis her est unpolino. **L**ur

ficantur. sanum. plem. us

Lauri. m. h. s. d. d. m. m. m.

de de seim. s. s. d. d. s. s. d. d.

unus. alius. super. us. de.

Die. mercedis. et. coram.

Register dieses Buchs.

1. Bekantnis von der freyen Verknüpfung beider Naturen in Christo v. Titelm. Heshusij.
2. Bekantnis vom 6. Abendmahl Christi. Heshusij.
3. Brief von dem Collegio der zu Gnadendurg versambelter Theologen von dem Vbi quist
Vobis Christus Item iudicium Heshusij
4. Brief von den neuen Amblingiten
5. Widerlegung des Dymkarts, namentlich zu Leipzig wider die Anhaltischen Theologen
Brief von den neuen Amblingiten
6. Antwort auff etliche frugsteltliche fragen Titelm. Heshusij et c. davon ja Titelm.
7. Extract oder anhang auß einem christlichen Dombrief und warnung v. Heshusij (im h. l. 177)
8. Warnung und Vermanung der von Zerbst an v. Selneccern
9. Kurzer geistliche Antwort auff der Anhaltischen Theologen Warnung und Vermanung
10. Selneccer Kurzer abtunung der samlischen Antwort der Zerbster Theologen
11. Auff der Anhaltischen Theologen wider v. Chemnitz und Selner.
12. Bericht Vobis M. Vessl Ambling und sein anhang wider den Anhaltischen Landigen
13. Johncarpi hysse erklärung Vber 3 frugm, welche Hüben erzeigt hat.
14. Disputatio de persona Christi Pfaffradij
15. Disputatio. 1. de officio propheteo Christi. Berckelmannij
16. Historia passionis et resurrectionis p. Justinum Groschart
17. Enchiridion Catecheticon Cuppij
18. De incarnatione Verbi disputatio per Clearium
19. Disputatio 3. de peccato originis. Hoffmannij
20. Propositiones de Baptismo Heshusij
21. Disputatio de ecclesia Dei Boetij

20.
DISPUTATIO III.

DE PECCATO ORIGI-
NIS, QVOD NON SIT SVB-
STANTIA, SEV RES PER SE
subsistens.

QVAE HABEBITVR VO-
lente & iuvante DEO.

PRAESIDE DANIELE HOFMANO
Th. Doct. & Professore in Academia Iulia,
Respondente M. Paulo Musæo.

28. Septemb.



HELMSTADII
Excudebat Iacobus Lucius.

Anno M. D. LXXXI.

INSTITUTO NA

LIBRO DE
MAYOR DON
FRANCISCO DE
MAYOR

ON DE HERRERA NO
Lobo de

FRANCISCO DANIEL HERRERA
D. H. de & Profesor en la
de en

de

Herrera

HERNANDEZ
Escuela de

de



PROPOSITIONES

De peccato originis, quod non sit substantia, seu res
per se subsistens.

I.



Vibus argumentis haecenus negauimus, peccatum originis esse ullam substantiam seu rem, per se subsistentem, ijs peccato originali negata est substantia hominis, tum materiae, tum formae respectu.

2. Ita enim omnem istam substantiam negauimus, ut nihil illius essentiae seu substantiae ratione subsumi possit.

3. Peccator quidem erit, qui homo est.

4. Non autem materia & forma hominis itidem erunt substantia peccatoris.

5. Aliud enim homo, aliud peccator.

6. Homo corpore & anima rationali, rebus scilicet per se subsistentibus constat.

7. Peccator autem non substantiae, itaque nec corporis nec animae per se consideratarum ratione.

8. Sed quod substantia hominis forma & effectu inherētis vicij corrupta & praua sit, unde homo peccator dicitur.

9. Homo quidem corporis & animae rationalis personaliter vnitorum respectu.

10. Peccator autem propter peccatum ἑνοικον Rom. 7. & ἐν περιείσατον κακόν Heb. 12.

A 2

Ergo

11. Ergo homo & peccator simpliciter termini conuersibiles non sunt.
12. Nisi peccatum peccatoris ostenderis differentiam specificam, itemq; hominis.
13. Etsi verò nunc proprium quoddam hominis est, peccare, non tamen differentiae locum in definitione hominis essentiali præstabit.
14. Cum Adam & Eua homines fuerint sine peccato.
15. Christus etiam verus homo sit absq; peccato.
16. Et sancti homines mansuri sint homines, ad extremum planè abolito peccato.
17. Et quidem Adam lapsus mansit eiusdem speciei, hominis sc; indiuiduum, quod prius erat.
18. Lapsus enim Dominus compellans inquit: Adam ubi es?
19. Et licet Christus dicatur κεχωρισμένος ἀπὸ τῶν ἀμαρτωλῶν.
20. Non tamen negatur nostræ naturæ, cuius cognatione omninò nos attingit, Heb. 2.
21. Vndè Ignatius ad Smyrnæos: Affixus est cruci in vera carne, ex qua & nos sumus.
22. Irenæus lib. 5. Christus Dominus noster propter immensam suam misericordiã factus est quod nos sumus.
23. Tertullianus in lib. de carne Christi: Eam carnem oportebat induere, cuius est mors.
24. Ibidem ad obiectionem ita respondet: Ergo, inquis, si nostrã induit, peccatrix fuit caro Christi. Noli, ait Tertull.

con

constingere explicabilem sensum. Nostram enim induens suam fecit.

25. ὁμωνύμοιο ἀνθρώπων substantia varij finxerunt heretici: vt Martionitæ, Manichæi, Nestoriani, Eutychiani & similes.

26. Hos omnes pia vetustas refutauit, negans Christum ad nos homines collatum esse hominem ὁμωνύμοιο, ἵνα μὴ κατὰ φαντασίαν νομισθῆ ἀνθρώπων, μόνον τὸ ὄνομα κοινὸν ἔχων, vt Athanasius loquitur in Dial. 5. Trin. aduersus Apollinaristas.

27. Dicit iustum ὁμωνύμου ἀνθρώπων non nisi κατὰ φαντασίαν, καὶ μόνον τὸ ὄνομα κοινὸν ἔχοντα dari, quia præter vnius generis hominem in prædicamento ἑσίας non nouit.

28. Si verò diuersæ speciei homines in prædicamento ἑσίας darentur, nullius momenti illud argumentum esset.

29. Sic Tertull. lib. de carne Christi Marcionem, Basilidem, Valentinum, Apellen, &c. refutans, similitudinem carnis, quæ nostræ non sit speciei imaginem corporis & non veritatis appellat.

30. Sic Augustinus lib. 6. contra Iulianum: Item de fide & symbolo, atq; alibi.

31. Cyrillus, cuius in Synodo Ephesina contra Nestorium præcipua fuit autoritas, in expositione symboli Niceni inquit: Habuisse natiuitatem secundum carnem ex muliere, & processisse in specie simili nobis, hoc est, esse hominem factum: & in lib. ad Euoptium ad Anathema. 10. eos qui hoc negent, ait, Christum spoliare carne.

32. Leo Papa contra Eutychen inquit: quod nostræ naturæ ima-

re imaginem non veritatem doceat in Christo. in Epistola ad Pulcheriam August.

33. Eutyches autem negauerat Christum esse matri, & nobis consubstantialem.

34. Consenserunt igitur patres, quod nisi nobis consubstantialis homo detur, ille alterius in substantia speciei non sit verus homo.

35. Sic etiam vetus & nouus homo in vno indiuiduo nequaquam ipsa substantia discernuntur.

36. Nugatur enim Flacius crasso simili duorum hominum in vno lecto cubantium. In Breui censura. B. 2.

37. Itaq; errat, cum in defensione Pag. 62. dicit, vtrunq; istum hominem perinde esse substantiam.

38. Verissimum autem agnoscimus, quod Tertull. lib. de Resurrectione carnis scripsit: Vetustatem & nouitatem hominis, ad moralem non ad substantialem differentiam pertinere defendimus.

39. Non enim duo sumus inter nos contrarij de diuersis principijs venientes: Sed ego ipse mente seruo Legi Dei, carne autem Legi peccati. Scribit August. tractatu in Iohan. 41.

40. Hinc igitur summa necessitas oritur, destinguendi inter substantiam hominis & peccatum eius non tantum actuale sed etiam originale.

41. Testimonia distinctionis huius scriptura plurima habet.

42. Non enim tantum distinctio in Adamo est, cum peccatum

eatum nondum adest, vt dicitur: *Erant omnia valde bona.*
Genes. 1.

43. *Sed etiam in medio statu corruptionis Paulus dixit:*
Omnis creatura Dei bona est. 1. Tim. 4.

44. *Omnis autem substantia creatura est etiam in maxi-*
mis peccatoribus, Gen. 6. Ioha. 1. Coloss. 1.

45. *Et peccatum quatenus vicium est, tantum malum est.*

46. *Omnis igitur substantia etiam maximorum peccato-*
rum est à peccatis discernenda.

47. *Cum peccatum originis illud sit, in quo homines con-*
cipiuntur & nascuntur, Psal. 51. discrimen manifestum
suggeritur.

48. *Itaq; matres concipiunt & pariunt foetum in peccatis,*
sed non foetum peccatum propriè dictum.

49. *Vt licet carnaliter edatur is, qui peccati filius dicatur.*

50. *Quia tamen peccatum non sit eius substantia, nequa-*
quam etiam edatur essentialis filius Diaboli.

51. *Horrenda ergo vox est Manichæorum, qui puerperis*
essentialem Satanam, pro filio à Deo in ipsis creato, sup-
ponunt.

52. *Sic dicta, comminationum & ultionum diuinarum,*
discrimen illud offerunt. Esa. 13. Visitabo contra impios ini-
quitatem eorum. Ierem. 4. Egredietur vt ignis indignatio
Domini, propter maliciam cogitationum hominum.

53. *Etsi enim Deus peccatum puniens & peccatorem, à*
coniugatis argumentatur, vt Lùtherus in 6. Cap. Genes. lo-
quitur.

Tamen

54. Tamen hominem non punit propter substantiam, quam ipse dedit, qui nihil odit eorum quæ fecit.

55. Sed propter peccatum, ob quod fœdatum subiectum abominatiōnis & auersionis reatum sustinet.

56. Sicut Dominus Psal. 89. inquit. *Visitabo in virga iniquitates eorum & in verberibus hominum peccata eorum.*

57. Loquimur ergo cum Augustino lib. 2. de peccato orig. contra Pelag. & Cælest. cap. 40. Deus hominem damnat propter viciū, quo natura dehonestatur, non propter naturam, quæ vicio non infertur.

58. Idem de nuptijs & concupisc. ad Valer lib 1. cap. 23. Non enim propter seipsam, quæ laudabilis est, sed propter damnabile viciū, quo viciata est natura humana, damnatur.

59. Obiectio quæ autumat Deum iniustum statui, si propter peccatū, non propter substantiam puniat, etiam humani iudicij iusto exemplo rejicitur,

60. Non enim iniustum probabis iudicem, qui conuictum furem secundum leges suspendio tollit, certè non propterea, quia substantiam hominis habeat, sed quia furto meritus sit.

61. Hac verò iusticia longè illustrior est illa, quam Deus exercet.

62. Cum præter actuale delictum interna etiam *ἀνομία* hominis commoueatur, quam simul non intuetur iudex humanus, cum pœnam civilem dccernit.

63. Fatendum est ergo cum Ieremia: *Peccauimus & inobedientes fuimus, ideo meritò non pepercisti, Thre. 3.*

Sic

64. Sic dicta misericordiae discrimen inter substantiam
& peccatum hominis monstrant.
65. Ezech. 33. dicit Dominus: *Viuo ego nolo mortem
peccatoris, sed vt conuertatur & viuat.*
66. Electio autem diuina eligit substantiam hominis cor-
rupti, vt Paulus Rom. 9. exemplo Iacob testatur.
67. Nunquam autem peccatum eligit, Psal. 5.
68. Manifesto igitur peccatum & substantia sunt res dis-
tinctissimae.
69. Argumentum simile est apud Theophylactum, qui
de eo quod Act. 9. Paulus dicitur vas electionis inquit:
Ostendi oratione hac. *ἐν εἰρα φουκῆν τὴν καρίαν.*
70. Appellat autem Physicum hoc loco, quoddam à crea-
tore institutum in creatura.
71. Quid apertius Psal. 51. in quo David precatur suae
substantiae & naturae misericordiam, & peccato suo dele-
tionem.
72. Cor contritum & humiliatum inquit, Deus non des-
piciet, qui Psal. 5. de Deo dixit, quod nolit peccatum.
73. In conuersione igitur substantia hominis recipitur à
Deo auersante peccata, à quibus etiam conuersus auertitur.
74. Nec iustificabit peccatum, cui abominatio est, si quis
malum bonum dicat, Esa. 5.
75. Et tamen iustificat impium, scz. non imputando sed
remittendo peccata, Rom. 4. manifesta scz. distinctione sub-
stantiae & peccati in impio.

B

Fides

76. Fides aut Spiritus sanctus non corrumpit aut destruit naturam, sed corruptam & destructam sanat & reparat, inquit Lutherus in 42. Genes.

77. Phil. super Ioan. Iustificatio non est extinctio nature.

78. Licet etiam homo non tantum iustificetur, sed etiam regeneretur, renouatione mentis, voluntatis & cordis, quam sequitur postea etiam mutatio membrorum & sensuum corporis.

79. Ideòq; noua quædam creatura fiat, potestate creationis diuinae non nostra, vt Luth. in Psal. 51. & 6. cap. Gal. scribit.

80. Tamen non creat nouam substantiam mentis voluntatis cordis & membrorum corporis, aut organorum sensuum.

81. Dauid enim inquit: crea in me, Psal. 51. Credit se substantia sua mansurum.

82. Dicit autem Dauid: Cor mundum crea in me Deus vt creatio sit mundationis & purgationis substantiæ.

83. Aliud autem quod purgatur: aliud quod inde expurgatur.

84. Nec rectè contra hæc allegatur Lutherus, qui ita scripsit in Psal. 51. Nam ea vana sunt somnia, quæ de purgationibus carnis nugati sunt Scholastici.

85. Lutherus enim non reijcit simpliciter purgationem cordis, quæ in dicto Dauidis fundata est. Item Actor. 15. corda dicuntur purificari fide.

Sed

86. Sed Scholasticorum purgationem negat, quæ contrarijs qualitatibus & motibus mala cordis elui somnians, purgationem illam creatori derogat, creaturæ vendicat.
87. Distinctionis nostræ argumentum est, Ephes. 5. Vbi Ecclesia dicitur pro qua se Christus tradiderit.
88. Traditus autem est propter peccata nostra Roma. 4. itaq; Ecclesiam ex peccatoribus collectam intelligit.
89. Eandem Ecclesiam ait Apostolus non habere maculam, quia sit mundata lauacro aquæ.
90. Itaq; homines in Baptismo à peccato & macula in substantia sua abluuntur.
91. Hoc discrimen qui negligit, non potest non statuere, eadem ratione peccatum Baptizari, qua substantia baptizatur.
92. Sicut etiam scripta Manichaica Spangenbergij ita loquuntur: peccatum originis baptizari in nomine Patris, Filij & Spiritus sancti.
93. Verum quidem est, quod lauacrum aquæ, seu S. Baptismus respiciat & substantiam hominis & peccatum eius.
94. Quomodo & homo & peccatum baptizabitur.
95. Diuerso autem respectu sententia constat.
96. Baptizatur enim homo, cuius substantia mundatur à peccatis, Ephes. 5.
97. Baptizatur peccatum vt ab homine expurgetur, sicut Ananias ad Saulum dixisse legitur: Baptizare & abluere peccata tua, Actor. 22.

98. Substantia hominis regeneratur atq̄ renouatur, Timoth. 3.
99. Itaq̄ à peccatis mundatur, vt seruetur, Marc. 16.
100. Peccatum autem ab homine abluitur, vt absit & pereat, Ephes. 5. 1. Pet. 3.
101. Secundum hanc discretionem loquitur D. Lutherus cum veteris Adami submersionem & extinctionem, noui autem hominis resurrectionem, qui in sanctitate & iusticia coram Deo uiuat baptismo tribuit in Catechismo.
102. Præclara est sententia Esa. 38. Tu autem eruisti animam meam ne periret, proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea. Item Thren. 3. Misericordiæ Domini, quod non consumpti sumus.
103. In istam sententiam Irenæus scripsit lib. 5. Abluti sumus, non substantiam corporis, neq̄ imaginem plasmatis, sed pristinam uanitatis conuersationem. In quibus igitur periebamur membris, operantes ea quæ sunt corruptela, in iisdem ipsis uiuificamur, operantes quæ sunt spiritus.
104. Scitè etiam Leo in Epistola ad Clerum & plebem Constantiuop. Ipsa est noua conditio creaturæ, quæ in baptisinate non indumento ueræ carnis, sed contagio damnatæ uetustatis exuitur.
105. Hac distinctione sublata, & peccatorum substantia pro eodem planè acceptis, aut tam peccatum baptismo saluum fiet, quam substantiam hominis.
106. Sicut Illiricus Orth. confess. pag. 162. non ueritus fuit affirmare, peccatum transformari in iustitiam.

Auc

107. Aut substantia cum peccato abolebitur.
108. Sicut Illyricus in eiusdem lib. præfatione a. 6. substantiam hominis per regenerationem aboleri fingit, & versioni insistit, Rom. 6. Ut aboleretur corpus peccati.
109. Cum $\sigma\omega\mu\alpha$ ἀμαρτίας dicatur non corpus quod peccatum sit, sed quod peccato subiectum est & seruum.
110. Verbum etiam καὶ ἀργυροῦται euacuari & liberari significat, quomodo corpus manebit, peccatum euaneschet.
111. Rectius Flacius sensit antequam se ambitioso huic certamini deuoueret. Nam in lib. de voce iustificationis, negat regenerationem esse transmutationem essentialem, & addit: quod qui illa astruant Osiandrismi astipulatores sint, aut aliorum horrendorum errorum autores vel patroni.
112. Concludimus ergo cum Augustino: Peccata quippe à quibus Euangelium dicit saluum faciendum populum Christi, substantiæ non sunt lib. de natura & gratia, cap. 29.
113. Itaq; execramur verba & sententiam Spangenbergij dicentis: peccatum originis baptizari in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti.
114. Ponit enim identitatem corruptionis seu peccati originis, & corruptæ naturæ.
115. In resurrectione etiam distinctio illa ad oculum ostendetur.
116. Semen enim nostrum stabit coram Deo, Esa. 66.
117. Et Deus uiuificabit mortalia corpora nostra, Ro. 8.
118. Non enim aliud est quam moritur, & aliud quod uiuificatur: quemadmodum neq; aliud quod perit, & aliud

quod inuenitur: Sed illam quæ perierat ouem inuenit Deus
exquirens, Ire. lib. 5.

119. Hoc est restitui id esse quod fuerat: Tertul. in Apo-
logetico.

120. Corruptio autem non videbit incorruptionē, 1. Co. 15.

121. Tota deniq; substantia hominis peccatoris habet per
fidem in Christum promissionem hereditatis vitæ æternæ.

122. Sic enim Tertull. ex Paulo: Age iam, quod ad Thes-
salonicenses ipsius solis radio putem scriptum, ita claret, qua-
liter accipient lucifugæ isti scripturarum? Ipse autem Deus
pacis sanctificet vos totos. Non sufficit, sed sequitur: Et
integrum corpus vestrum, & anima & Spiritus sine querela
conseruetur in præsentiam Domini. Habes omnem substan-
tiam saluti destinatam, &c. lib. de resurr. carnis.

123. Peccatum vero originis simpliciter regno cælorum
excluditur, & huius hereditatis nulla conditione in æternum
particeps erit.

124. Cum enim mundi sint oculi Domini, ne videant ma-
lum, & respicere ad iniquitatem non possint, Habac. 1.

125. Dominus peccata nostra proiecit in profundum ma-
ris, Mich. 7.

126. Itaq; in noua Hierusalem mors non amplius erit, quia
prima abierunt καὶ ἡ μὴ εἰσελθῆ εἰς αὐτὴν πᾶν κοινὸν καὶ ποιῶν βδέ-
λυγμα: Esa. 25. Apoc. 21.

127. Sic Cyrill. in Ioa. lib. 6. cap. 6. In cælo malicia locum
non habet. Non enim intrabit in ciuitatem supremam quic-
quam coinquinatum, aut abominationem faciens & menda-
cium.

Ergo

128. Ergo peccatum originis nulla erit substantia hominis
nisi.

129. Itaque discrimen inter substantiam & peccatum palam dignoscitur.

130. Quod discrimen omninò reale est.

131. Stolidorum enim est, realem distinctionem tantum ex actu separationis, homini possibili, & tactui atque oculis subiacente definire.

132. Realiter enim & illa distinguuntur, quæ non tantum omnibus creaturis separatu sunt impossibilia, sed etiam per Deum nunquam separantur.

133. Undè realis distinctio personarum diuinitatis & naturarum Christi sine ulla separatione.

134. Multa etiam hominis potestati sensibilibus inseparabilia realiter discerni certum est.

135. Quis enim nigredinem à pennis corui, albedinem à pennis oloribus separabit?

136. Et tamen cum alia penna nigra vel atra, alia alba sint, aliud erit color, aliud substantia pennæ.

137. Itaque in diuersis separabilitas patescit, quæ in singulis minus apparuit.

138. Quæ separabilitas cum realitatem ingerat, distinctionis realitatem obuiam ostendit.

139. Etsi igitur peccator ita se habeat ad separationem innatæ suæ maliciæ à natura sua, sicut Æthiops ad mutandum pellem suam, Ier. 13.

Quia

140. Quin tamen & separabile peccatum sit, etiam ἐπι-
 γίγνωσκον, non est dubium.
141. Quare Lutherus palam fatetur peccatum malum se-
 parabile.
142. Deus quidem sua creationis potentia separabit illud
 tandem ab electis suis.
143. Est tamen separabilitas peccato, etiam hac ratione,
 qua omnia accidentia natura sua sunt separabilia.
144. Cum definitiones potentia sæpe, non semper actu pro-
 bentur, ut in postrema disputatione, in qua peccatum originis
 asseremus Accidens vitium, pluribus confirmabimus.
145. Realis igitur distinctio tum quoque concedenda est,
 cum actu separatio nulla.
146. Cumque ea quæ realiter distinguuntur definitione non
 sint confundenda.
147. Consequens certum est, peccatum originis, ut à sub-
 stantia hominis realiter distinctum vitium, non esse ipsam
 substantiam hominis.
148. Imò ita inter substantiam & peccatum originis di-
 stinguimus, ut peccatum originis sit nulla substantia pro-
 prie dicta.
149. Quærenti igitur, num peccatum originis sit corrupta
 natura seu substantia, respondemus corruptam etiam natu-
 ram istam esse substantiam.
150. Ergo negantes peccatum originis esse ullam substan-
 tiam, negamus etiam, quod peccatum originis sit corrupta
 natura seu substantia.

Cumque

151. Cumq; peccatum, si substantia statueretur, non alia quam corrupta substantia esse posset, inepti essemus, si Manichæismum inde sequestrarem.
152. Augustinus etiam utramq; propositionem habet pro Manichaica.
153. Non enim tantum contra Manichæum vniuersaliter negat peccatum originis vllam esse naturam vel substantiam lib. 7. Confess. cap. 12. & 16. De vera religione, cap. 19. & 20. Contra Epistolam Manichæi, quam vocant fundamenti, cap. 35. lib. II. de C. D. cap. 9. & alibi.
154. Sed etiam Manichæum habet eum, qui cum naturam corruptibilem audit, vnum non duo intelligit, nec singulis reddit singula: cap. 38. contra Epistolam fundamenti.
155. Lib. 2. de moribus Manichæorum cap. 5. inquit: Corruptio non est in seipsa, sed in aliqua substantia quæ corrumpit: Non enim substantia est corruptio. Ea igitur res, quam corrumpit corruptio, non est malum.
156. Manichæismo igitur se conspurcant etiam illi, qui Spangenbergij propositionem: quod peccatum originis sit corrupta natura seu substantia hominis: & Illyrici illam, quod peccatum originis sit substantia, discernunt, & hanc mittunt, illam retinent.
157. Certè Flacius multis testatur, se nihil aliud velle quàm Spangenbergius pronunciet.
158. Quod autem frequentius inculcat hanc propositionem peccatum originis esse substantiam, ideo facit, quia quæstio prior est de genere: Num peccatum originis sit substantia.

C

Si ergo

159. Si ergo obtinuerit, in quo præcipuum robur situm est, videt, se sine aduersario impetraturum, quod prone sequitur, nimirum. Cum peccatum orig. sit substantia, non posse esse aliam quam corruptam, & quia de homine agatur tantum, non aliam quam corruptam substantiam hominis accipi oportere.

150. Quod autem Spangenbergius disputat de specie, nondum constante genere, in eo ineptissimum se prodit Dialecticum.

161. Ideoq; hac parte non res ipsa, sed ruditatis discernit inter Flacium & Spangenbergium.

162. Ad obiectionem ex I. Cor. 15. quod Paulus corruptionem & corruptam naturam pro eodem ponat, responsum est in prima disput. Thesi 49. & seq.

163. Stolidissimum verò est allegatum Spangenbergij ex 3. cap. ad Rom. Non est distinctio.

164. Paulus enim negat distinctionem, quæ tollat vniuersalitatē, qua omnes homines peccatores constituuntur.

165. Quomodo non negabit distinctionem disparatorum in natura corrupta, quæ duo complectitur, & naturam & corruptionem.

166. Proponemus deceptionem exemplo. Si dico: omnes homines sistendos coram tribunali Dei, fore animatos, possum subijcere: Non fore distinctionem.

167. Si verò inferre voles: Ergo non erit distinctio inter animam & corpus, erit consequentia ab angulo ad baculum: vt prouerbialiter dicitur.

Tam

168. Tam necessarium igitur est, reijcere propositionem
Spangenbergij quam Flacij.

169. Post dies paucos, volente Deo, colophonis loco pro
negatiua nostra adijciemus doctrinam de imagine Dei, &
autoritatum tum veterum, tum recentiorum pondera confi-
derantes concludemus hanc contra Manichæos disputationem
negando.

170. Et tandem Christo fauente, ultimam connectemus,
de affirmatiua, quod peccatum originis sit accidens viciium.

171. Deus iustus & verax, de iusticia & veritate in
thesi & antithesi nos doceat, ad laudem sui nominis
& ad ædificationem Ecclesiæ, Amen.

FINIS.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



Jg 33 50

ULB Halle 3
003 560 996



f

TA → OL

Muram 4 u. 11

Verknüpfung


VD 77



nam rāngēs inā legis subie
Marais leo per deser
nū dānēs rīgt in apernū iter si
ar deo rēnū mīdū cūz a crum
Scomānes alā vna carna
us aquilina sū: nū feruor m

rūc rōns uolāt a xis mīdū dūm
dīstretūlis cōta sensus uheratū s
ala cōntēplāno
rīgtū: mīer hācēt sūmū dūm
hūis hācētū dāt hūis lēgūmū dūm
nūc sūmū hūi dōs est xpc hūi





20.

DISPUTATIO III.

DE PECCATO ORIGI-
NIS, QVOD NON SIT SVB-
STANTIA, SEV RES PER SE
subsistens.

QVAE HABEBITVR VO-
lente & iuvante DEO.

PRAESIDE DANIELE HOFMANO
Th. Doct. & Professore in Academia Iulia,
Respondente M. Paulo Musæo.

28. Septemb.



HELMSTADII
Excudebat Iacobus Lucius.

Anno M. D. LXXXI.

